

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis s
cum fonte primo

Qualis ypocrita imperitis innotescit, talis uult ab omnibus estimari;
et paratior est mori quam corripri.

Qualis imperitis innotuit, talis uult ab omnibus aestimari;
et paratior mori quam corripri,
redargutione deterior redditur,
quia quasi dirae percussiois aestimat iaculum, puritatis uerbum.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 8.42 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.434,
ll.44-47).

Ypocrita quot uiciis plenus est,
quasi tot stercoribus in conspectu eterni iudicis illius pectus fetet.

Quot ergo uitiis plenus est,
quasi tot stercoribus in conspectu aeterni iudicis illius pectus fetet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 15.4 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.752,
ll.20-22).

Ypocritarum corda dyabolus tacitus tenet, et quasi ipse ibi quietus dormit,
ubi eos quos possidet quiescere non permittit.

Vnde recte nunc Behemoth iste in secreto calami dormire perhibetur,
quia quorum studia ad appetitum temporalis nitoris atque altitudinis commouet,
eorum corda tacitus tenet; et quasi ibi ipse quietus dormit,
ubi eos quos possidet quiescere non permittit.

Gregorius in moralibus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 33.3 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1676,
ll.109-113).